

weiterte¹ Basis seiner Metropolitanats- und Primatsstellung damals für unentbehrlich, nach innen wie nach außen. Seine Denkschrift in Rothads Sache rückt auch diese Zusammenhänge in ein schärferes Licht.

I.

Cod. Bruxellensis reg. 2606
(früher 5413/22) fol. 15 — 33.

1. Sin autem communi cunctorum decreto^a rationabili et secundum regulam ecclesiasticam comprobato duo aut tres propter contentiones proprias contradicunt, obtineat sententia plurimorum. Huius capituli, in quo de privilegiis ecclesiarum loquitur Nichenum concilium², græce linguae interpretaatio, quæ sit verbo ex verbo et brevis causae comprehensio, minus claram reddit intellegentiam eis, qui viciniori illi tempori, quando hoc concilium est celebratum, sententias non legerunt, hoc exponentes capitulum. Sicut enim in ecclesiasticis hystoriis³ legimus, papa Romanus et primæ sedis episcopus propter senectutem atque itineris longinquitatem et quia hoc non permittit consuetudo, non per se ipsum, sed per legatos suos eidem concilio interfuit atque præsedit. De cuius primatu nulla et a nullis tunc fuerat questio. Sed et de Anthiochena ecclesia, tertiæ videlicet sedis primatu, nulla controversia oborta extiterat. De primatu quoque Alexandrinae ecclesiæ et secundæ sedis factione Arrii ecclesiæ ipsius presbiteri, cuius prava intentione exigente idem concilium fuerat congregatum, quidam episcopi
*7.15. rebel*lionem contra primatem suum moverunt, suscipientes eundem Arrium avertentem se a sui episcopi communione atque subiectione. Quapropter idem Alexander con . . . gens^b contra præfatum suum presbiterum pro fide catholica, licet valde senex, ad idem concilium venit et unacum legatis apostolicæ sedis et

^a) - ec - auf Ras. ^b) Zeilenende zerstört; es fehlen kaum mehr als 2—3 Buchstaben. Ich würde consurgens vermuten, wenn nicht der erste ausgefallene Buchstabe ziemlich sicher als f zu erkennen wäre.

¹) MIGNE 126, 87: *necesse est nobis, ut quaedam superaddatis.*

²) MIGNE, *Patr. lat.* 67, 149 c. 6. ³) *Cassiod. hist. tripart. II, 1*, MIGNE 59, 920: Iulius autem Romanus episcopus propter senectutem defuit. — Vgl auch *Nic. c. 4*, MIGNE 67, 148: — — propter instantem necessitatem aut propter itineris longitudinem.